



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Concilium Aurelianense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Concilium Aurelianum.


- R** LXIX. ¶ Seditonarios nunq̄ ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltiores.
- S** LXX. ¶ Clericum scurrilem & verbis turpibus iocularē, ab officio retrahendum.
- T** LXXI. ¶ Synodū etiā secundū cōstituta patrū etiā annis singulis placuit cōgregari, qm̄ cū pace dimittimus gratias deo agimus, orātes eius clementiā, vt hæc eadē facere in honorē dñi multos per annos possimus. Ego Cæsarius in Christi noīe ep̄s iuxta id quod vniuersis coep̄s meis q̄ mecū scripserunt, placuit instituta patrū secutus, his diffinitionibus annuens sub die quinto Calendas Septembris, subscripsi, similiter & alij subscripserunt.
- ¶ Explicit concilium Agathense.

### Incipiūt capitula concilij Aurelianensis.

<p>¶ De homicidis &amp; adulteris &amp; furibus, si ad ecclesiam confugerint. <span style="float: right;">Cap. 1.</span></p> <p>¶ De raptoribus ad ecclesiā cōfugiētibus. <span style="float: right;">2</span></p> <p>¶ De seruis si ad ecclesiā confugerint. <span style="float: right;">3</span></p> <p>¶ De eo q̄ ab ep̄o aliquid repeti, vt pro ipsā cōuentione ab ecclesia non priuetur. <span style="float: right;">4</span></p> <p>¶ Si ep̄s seruum alterius clericum fecerit. <span style="float: right;">5</span></p> <p>¶ Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit. <span style="float: right;">6</span></p> <p>¶ De his qui p̄nitentiam violauerunt. <span style="float: right;">7</span></p> <p>¶ Si presbyter aut diaconus se pro reatu aliq̄ ab eucharistia suspenderit. <span style="float: right;">8</span></p> <p>¶ Si relicta p̄bri aut diaconi alij se cōiūxerit. <span style="float: right;">9</span></p> <p>¶ De his quæ in altario offeruntur. <span style="float: right;">10</span></p> <p>¶ De his quæ à fidelibus in parochianis ecclesiis offeruntur. <span style="float: right;">11</span></p> <p>¶ Vt episcopus &amp; pauperes &amp; infirmos tueatur. <span style="float: right;">12</span></p> <p>¶ Vt basilicæ in cuius territorio sunt, in eius episcopi maneant potestate. <span style="float: right;">13</span></p> <p>¶ De incestis, vt excommunicentur. <span style="float: right;">14</span></p>	<p>¶ Vt abbates in potestate episcoporum sint, &amp; de monachis vagis. <span style="float: right;">15</span></p> <p>¶ Vt monachi oratorio vlt̄ zonis nō vtant. <span style="float: right;">16</span></p> <p>¶ Si monachus vxorem duxerit. <span style="float: right;">17</span></p> <p>¶ Vt monachus sine permisso ep̄i vel abbatis cellulas non construat. <span style="float: right;">18</span></p> <p>¶ Si ep̄s cuiq̄ terrulas præstiterit excolendas, sine p̄iudicio iuris ecclesiæ tenebuntur. <span style="float: right;">19</span></p> <p>¶ Vt ante pascha quadragesima teneatur. <span style="float: right;">20</span></p> <p>¶ Vt nullus ciuium festiuitates maiores in villa celebret. <span style="float: right;">21</span></p> <p>¶ Vt populus añ cōpletā missam &amp; benedictionē acceptā egredi non præsumat. <span style="float: right;">22</span></p> <p>¶ Vt letaniæ añ ascensionē dñi celebrent. <span style="float: right;">23</span></p> <p>¶ De clericis qui ad officium venire contemnant. <span style="float: right;">24</span></p> <p>¶ De familiaritate extraneæ mulierum <span style="float: right;">25</span></p> <p>¶ De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt. <span style="float: right;">26</span></p> <p>¶ Quod episcopus die dominica ab ecclesia abesse non debet. <span style="float: right;">27</span></p>
---	--

### Incipit Concilium Aurelianense.

XXX. Episcoporum.

**N**  Vm autore deo in Aurelianensi vrbe fuisse concilium summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, vt hoc quod verbis statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

¶ Capitulum primum.

- X** ¶ Id constituimus obseruandum quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab ecclesiæ atrijs, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere sint securi, ita vt ei cui reus fuerit criminofus de satisfactione conueniat, quod si sua sacramenta conuictus fuerit violasse, reus periurij, non solum à communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verumetiam & à catholicorum conuiuio separetur. Quod si is cui reus est, noluerit, intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non quærat.
- Y** II. ¶ De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & sc̄eminam ipsam violentiam pertulisse confiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate concessa aut seruiendī conditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapturam patrem habere confiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor à patre superiori conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.
- Z** III. ¶ Seruus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si domino pro admisa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur, & postea q̄ dato sacramēto

eramento Domino fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa à qua excusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ, & præuaricatione fidei à communione, & conuiuiis Catholicorum extraneus habeatur, si vero seruus pro culpa sua ab Ecclesiâ defensus sacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem à domino liceat occupari.

III ¶ Si quis ab Episcopo suo, vel de Ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid ad A repetendum, si nihil conuicti aut criminationis obiecerit, eum pro sola contentione à communione Ecclesiæ non liceat submoueri.

V ¶ Si seruus absente vel nesciente domino, episcopo sciente quod seruus diaconus B aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente Episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari simili rehibitioni teneantur obnoxij.

VI ¶ Si diaconi, aut presbyteri crimen capitale commiserint, simul & ab officio, & com C munione pellantur.

VII ¶ De his qui suscepta pœnitentia religionem suæ professionis obliuio ad secularia re D labuntur, placuit eos & à communione suspendi, & ab omnium Catholicorum conuiuijs separari, quod si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit manducare, & ipse communione priuetur.

VIII ¶ Si diaconus vel presbyter pro reatu suo se ab altaris communione sub pœniten E tis professione submouerint, sic quoque si alij defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

IX ¶ Si se cuiusque mulier duplici coniugio presbyteri vel diaconi relicta coniun F xerit, aut castigati separentur, aut certe si in criminum intentione perstiterint pari excommunicatione plectantur.

X ¶ Antiquos Canones relegentes priora statuta credimus renouanda, vt de his quæ G in altario oblatione fidei conferuntur, medietatem Episcopus sibi vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clericus accipiat, tam de prædijs quàm de omni commo ditate in Episcoporum potestate durantibus.

XI ¶ De his quæ parrochijs in terris, vineis, mancipijs, atque pecunijs quicunque fideles H obrulerint antiquorum Canonum statuta seruent, & omnia in Episcopi potestate consistant, de his tamen quæ in altario acceperint, tertia fideliter episcopis deferatur.

XII ¶ Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis mani I bus laborare, victum & vestimentum in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

XIII ¶ Omnes basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt vel quotidie construuntur K placuit secundum priorum Canonum regulam, vt in eis Episcopi territorio in cuius po sita sunt, potestate consistant.

XIIII ¶ Ne superstes frater thorum defuncti fratris ascendat, nec se quisque amissæ vxor L ris sorori audeat sociare, quod qui fecerint, Ecclesiastica districtione feriantur.

XV ¶ Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant, & si quid M extra regulam fecerint ab Episcopis corrigantur, qui semel in anno in loco vbi Episcopus elegerit, accepta vocatione conueniant, monachi autem abbatibus omni obedientia, & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid hinc præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura, ipsi autem qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio epi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & reum se ille abbas futurum esse cognoscat qui in huiusmodi personis non regulari animaduersione dixerit, vel qui susceperit monachum alienum.

XVI ¶ Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat.

XVII ¶ Et si postea vxori fuerit sociatus tantæ præuaricationis reus, nunquam Ecclesia N O fici gradus officium sortiatur.

XVIII ¶ Nullus monachus congregatione monasterij derelicta ambitionis & vanitatis P impulsu, cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

XIX ¶ Si Episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis vel Q monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spacia comprobentur, nec nullum Ecclesia præiudicium paliatur secularis legis scriptio, quæ Ecclesiæ aliquid impediatur, apponatur.

XX ¶ Id sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante paschæ solemnitatem non quin R quagesima, sed quadragesima teneatur.

## Concilium Aurelianense.

- S XXI** ¶ Ut nulli ciuium paschæ natalis domini, vel quadragesimæ solemnia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas ꝑbabitur tenuisse.
- T XXII** ¶ Cum ad celebrandas missas in dei nomine conuenitur populus non ante discedat quàm missæ solemnitas compleatur, & ubi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.
- V XXIII** ¶ Rogationes, id est, lætanas ante Ascensionem domini placuit celebrari ita ut præmissum triduanum ieiunium in dominicæ passionis solemnitate soluatur, per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat, quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.
- X XXIII** ¶ Clerici vero qui ad opus sanctum adesse contempserint secundum arbitrium episcopi Ecclesiasticam suscipiant disciplinam.
- X XXV** ¶ De familiaritate extraneorum mulierum tã Episcopi quàm presbyteri, vel diaconi præteritorum Canonum statuta custodiant.
- Y XXVI** ¶ Si quis clericus, monachus, vel secularis diuinationem vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes quas mentiuntur esse sanctorum quibuscunque putauerint intimandas, cum his qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.
- Z XXVII** ¶ Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ cui proximus fuerit, die dominico deesse non debet, similiter & alij qui mecum scripserunt, numero triginta & tres.
- HVCVSQVE CONCILIA GALLIAE.

## SEQVVTVR CONCILIA HISPANIAE.

### Incipiunt capitula Concilij Elbertini.

- |   |  |
|---|--|
| <p>¶ De his qui post baptismum idolis sacrificant, 1</p> <p>¶ De sacerdotibus Gentium qui post baptismum immolauerunt 2</p> <p>¶ De eisdem si idolis tantum munus dederint, 3</p> <p>¶ De eisdem si cathecumini adhuc immolant quando baptizabuntur. 4</p> <p>¶ Si domina per zelum ancillam occiderit 5</p> <p>¶ Si quicumque per militiam hominem interfecerit 6</p> <p>¶ De penitentibus mœchiæ si fecerit rursus peccauerint. 7</p> <p>¶ De foeminis qui adulteros maritos relinquunt, &amp; alij nubunt 8 (bunt 9)</p> <p>¶ De foeminis quæ relictiis viris suis, alij nubunt 9</p> <p>¶ De relicta cathecumini si alterum duxerit, 10</p> <p>¶ De relicta cathecumina si grauitæ ægrotauerit. 11</p> <p>¶ De mulieribus quæ lenocinium fecerint 12</p> <p>¶ De virginibus deo sacratis si adulterauerint, 13</p> <p>¶ De virginibus secularibus si mœchatæ sint 14</p> <p>¶ De Coniugio eorum qui ex Gentilitate veniunt 15</p> <p>¶ De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur 16</p> <p>¶ De eis qui filias sacerdotibus Gentilibus coniungunt 17</p> <p>¶ De sacerdotibus &amp; ministris si mœchati fuerint, 18</p> <p>¶ De clericis negotia vsurarij, 20 (19)</p> <p>¶ De clericis &amp; laicis vsurarijs, 20 (19)</p> <p>¶ De his qui tardius ad Ecclesiã accedunt, 21</p> <p>¶ De Catholicis in hæresim transeuntibus, si non reuertuntur 22</p> <p>¶ De temporibus ieiuniorum, 23</p> <p>¶ De his qui peregre baptizantur, vt ad</p> | <p>Clerum non veniant 24</p> <p>¶ De epistolis communicatorijs cõfessio, 25</p> <p>¶ De hoc vt omni sabbato ieiunetur, 26</p> <p>¶ De clericis vt extraneam mulierem in domo non habeant 27</p> <p>¶ De oblationibus eorum qui non cõcant 28</p> <p>¶ De Inerguminis qualiter habeantur 29</p> <p>¶ De his qui post lauachrum mœchati fuerint, vt nec subdiacones fiant 30</p> <p>¶ De adolescentibus qui post lauachrum mœchati sunt 31</p> <p>¶ De excommunicatis presbyteris, vt in necessitate communionem dent 32</p> <p>¶ De Episcopis &amp; ministris, vt ab vxoribus abstineant 33</p> <p>¶ Ne ceteri in cemiterijs incendantur. 34</p> <p>¶ Ne ceteri in cemiterijs peruigilent 35</p> <p>¶ Ne picturæ in Ecclesiæ fiant. 36</p> <p>¶ De inerguminis baptizandis 37</p> <p>¶ Vt in necessitate, &amp; fideles baptizentur 38</p> <p>¶ Ne de hoc quod idololatratum est, fideles accipiant 39</p> <p>¶ Vt prohibeant domini idola colere seruis 40</p> <p>¶ De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur 41</p> <p>¶ De celebratione Penthecostes 42</p> <p>¶ De meretricibus paganis si conuertuntur. 43</p> <p>¶ De cathecuminis qui Ecclesiam non frequentant 44</p> <p>¶ De fidelibus si apostatauerint quàm diu peniteant 45</p> <p>¶ De eo qui vxorem habet, si sæpius mœchatur, 46</p> <p style="text-align: right;">¶ De bapti</p> |
|---|--|